



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Septiceps Lvthervs, Vbique Sibi, Svis Scriptis contrarius,
in visitationem Saxoniam**

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1564

De exequiis mortuorum, cap. 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35803

De exequiis mortuorum.

CAPVT XXXII.

Multa quidem & falso & iniuriosè diuersis libris cōtra pia suffragia, quæ ex lege charitatis viui pro defunctis exhibuerunt M. D. annis, atque adhuc hodie exhibent veri Christiani: scripsit Lutherus iam per annos plus minus octo, posteaquàm reiectitius ac reprobus & inobediens Ecclesiæ spurius, ex filio factus est sua ipsius culpa. Sed pluribus ante annis & scripsit, & docuit, atque etiam fecit contrarium, dum regeretur spiritu Ecclesiæ, sicut viuum eius membrum. Si ergo non vis esse induratus Pharao (Illustrissime Princeps) longè tutius & honestius ea probabis & acceptabis, quæ ille per spiritum Ecclesiæ, & docuit & fecit, quam ea, quæ post per superbiam & inobedientiam, in reprobū sensum datus, instinctu odioque & inuidia Diaboli, contra pias animas euomuit, & quidem non in aliis munitus vel scripturis, vel rationibus, nisi falsissimo isto somnio verius quàm fundamento, Missam non esse sacrificium: Quod tamen ipse nulla vnquam scriptura probauit, neque in æternum probare poterit. Interim ita innititur somnio suo, cæcus & amens, vt veritatem Ecclesiæ, quam clarè monstraerunt ei plerique, aut furiosè contemnat ac blasphemet, aut maliciosè dissi-

mulet ac transeat. Quid enim respondit Episcopo Roffensi? Quid Clichtoueo, Quid D. Ioanni Fabro? Quid Catharino? Quid Eccio? Quid aliis? qui latissimè probarunt, pro defunctis orandum ac sacrificandum esse? Quod si illorum opera nimium proluxa videantur, iube saltem, (Illustrissime Princeps) vt paruulo meo, quem de purgatorio Teuthonicè scripsi libello, respondeat. Ait nunquam præceptum esse in scripturis, pro mortuis orare. Esto, vbi autem prohibitum est? qua igitur autoritate prohibet ipse, quod neque Christus, neque vllus Apostolorum, neque scriptura, neq; Ecclesia prohibet? Quid, quod ipse in alio sermone met fatetur cōtrariū? Ita enim dicit intercedere cuilibet, licet, vt ego pro te, & tu pro me ores. Orare quidem in vita pro mortuis debemus, sed eos implorare, hoc nobis non est commissum. Cæterum, in Resolutionibus suis, per quas primū innotuit mundo, longè clarius docet, quomodo sacrificandum, suffragandum, ac orandum sit pro defunctis. Quod nimis longum foret, si cuncta hīc recensere vellem: Vnum hoc dictum eius sufficiat, sub finem conclusionis XIX. positum, Hoc animarum (inquit) sanctissimum, sed anxiosissimum desiderium, meritò iuuat omnis Ecclesia, quantum potest, maximè, quando & Deus vult, illas per Ecclesiam iuari. Et in sermone de indulgentiis, Mihi dubium (inquit) non est, Missam pro

In 500. ar.

art. 305.

In Serm. de

diuine &

Lazaro.

Ibidem art.

206.

In sermo. de

Nati. Ioan.

Baptiste.

In resolutione

concl. 19.

& 26.

Libertas

sermonis de

indulgentiis.

*De abrogã.
Missæ parte
secunda.*

defunctis celebratã, meliorem ac efficaciorẽ ad redimẽdas animas, quàm sunt indulgẽtiæ per Missam quæsitæ. At in libro de abrogãda missa hæc omnia impudentissimè abnegat, & B. Gregorium in Dialogis (vbi multis exempis & historiis probat ille, quantum profint defunctis Missæ suffragia) superstitionis calumniosè arguit. Nunc tuã igitur (Illust. Princeps) cõscientiam appello, & rogo, vt omniũ quoque Consiliariorum tuorum conscientias adiures, vt dicant tibi, vter librorũ melius placuerit ipsis ab initio quando æditi sunt. Non dubito, quin Resolutiones præferat in corde suo: Cur ergo non approbent magis Lutherum ibi, quam in furioso libro contra Missam?

De Purgatorio.

CAPVT XXVIII.

*Ad Vvaldẽ-
ses de Eucha-
ristia.*

NEquè hîc satis sibi constat Lutherus: Aliquando enim constanter affirmavit Purgatorium, aliquãdo in dubiũ vocauit, aliquando in totũ derisit & abnegauit. Ita enim scribit desertor iste ad desertores & desertos Vvaldenses, quam negatis purgatorium, damnatis Missas, vigiliis, cœnobis, monasteria, & quicquid per hanc imposturam erectum est, per omnia etiam probo: Neque quisquam astringitur ad credendum, esse purgatorium, cum de hoc nihil sit in scripturis. Sic autẽ Deus forsã quosdã pios, mortis & inferni horroribus & tentationibus grauioribus exercet, quæ vice